¶ De ortu: ingenio: eruditione: errore: conuersione: ac sacra baptismali regeneratiõe diui doctoris Augustini breuis narratio.

Augustinus afer Carthaginẽsis ex patritio patre ⁊ monica matre genit⁹: puer acerrimi ⁊ admirãdi fuit ingenij Adolescẽs adhuc nãq; qcqd in libris artiũ q̃s liberales vocãt de arte disserendi: loquẽdi: de dimensionibus: de musicis ⁊ numeris traditũ est: quoscũq; legere potuit: sine magna difficultate absq; vllo preceptore (vt ipse testatur) per se intellexit. Hinc in Aristotelica doctrina: in disputãdi astutia: omniq; sclari litteratura ita eruditus fuit: vt acutissimus philosophus rhetor: prestãtissimus: argutissimusq; dialeticus haberetur. In hoc tamẽ vno oberrauit: q̃ christiana veritate cõtempta gẽtiliuz superstitionibus inhesit: Et inde ĩ manicheorũ heresim prolapsus: dimidiã ferevitã suam inter illorũ mores ac vanas disciplinas mundanosq; errores contriuit. Postq̃ autẽ pluribus annis ⁊ apud Carthaginez ⁊ in vrbe Romana rhetoricam docuisset: ⁊ Mediolanũ venit: eandem artem ibidẽ traditurus. Vbi cum inuenisset sanctũ illũ et doctissimũ virum eiusdẽ ciuitatis antistitẽ Ambrosiũ: postq̃ factus est cathecuminus sepius cũ eo quersabat ac disputabat. Et qz in disputãdo plurimũ fuerat exercitatus atq; versutus: tãtis interdũ contra sacrarũ litterarũ scripturas argumẽtis: tãta pertinatia ⁊ disputatiõis sue acrimonia ac vehemẽtia patrẽ Ambrosium vrgebat: vt (eo teste) inter supplicatiões suas deũ rogare coactus fuerit: vt se ab eius captionibus auerteret. ⁊ Mirũ in modũ optabat scũs ille pater hoĩez tante doctrine in christiana fide illuminari: iuges p eo oãones offerebat. Pia quoq; eius mater ⁊ Monica preces ⁊ lachrymas pene cõtinuas pro ipso fundebat. Istis factũ est: vt declinare aliquantulũ ab errore inciperet: ⁊ predicationibus sci antistitis aliquãdo interesse curaret. In qbus dum synceritatẽ christiane fidei oẽs disciplinas ⁊ oluz artiũ argumẽta superare demonstraret: Augustinus diuino auxilio christi verã religionẽ amplexus est. Et factus cathecuminus a simpliciano probate scitatis viro de christi fide ⁊ vera religione ita est instructus: vt oĩs error omnisq; dubitatiõis timor ab eius animo procul pellerek. ⁊ Multis tunc lachrymis errorẽ suum confessus est: magno luctu conuersiõis diuturnitatẽ cõquestus est: ingẽtiq; dolore serã penitentiã dãnauit: sic tandem cum filio suo Adeodato ⁊ socio Alipio: a venerabili patre Ambrosio baptizatus est: nouisq; vestimentis indutus: triumphare tũc cepit Augustinus illa hora in qua nouũ hominẽ induit: ⁊ vna cum episcopo Ambrosio diuino quodã instinctu hymnũ Te deum laudamus. de fide christi cantauit.